



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Obedientia vndiq[ue] perfecta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

totum debeo. Erit mihi semper acceptissimum quicquid obedientiæ sanctæ visum fuerit. Ex voluntate superiorum totus pendeo, quorum voluntate nihil habeo antiquius quomodocumq; de me tandem statuam. Fiat voluntas Domini in omnibus. Ego maioribus obsequi pergam, quicquid imperarint Christo auxiliante.

*Obedientiæ vni-  
dig. perfecta.*

Prouincialatu defunctus, simplici, inexplorata, cita, perfectaq; obedientia docilitatē vel nouitiorum primam ac facilitatem superauit, & quidem in rebus, quæ magnā, iustamq; videbantur offerre causam sin minus tergiuersandi, certē ad superiores aliquid deferendi. Etenim non semel euenit, vt Generali Præposito, cū ex Prouinciali cognouisset, quæ is de Canisio decreerat, nullo modo probarentur; vt cum Augustam ad cōfessiones audiendas, cum Oenipontum ad conciones missus est: ille autem celeritate obediendi præuenerat Generalis mandata. Quantum illud sacrificij fuit, inchoatum de sancto Petro opus ad tenuissimum nutum abiēcisse, cum quæ de sancto Ioanne, atq; Deipara edita erant, tanto cum plausu, & bono publico legerentur? Quantum illud septem annis Oeniponti perseuerasse? septē-  
decim



decim Friburgi nobili quidem in ciuitate, angulo tamen Prouinciæ: nec celebriorum vrbiū lucem, nec vlla Collegiorum maiorū solatia, nec leuamentum ex peregrinatione vnquam quæsiuiffe? cū tamen primis earum terrarū assuetus esset conuentibus, & in perpetuo discursu plerunq; egisset ætatis; atq; adeo Præpositi Generales vltro cohortarentur, vt subindè respirandi causa, & valetudinis roborandæ, quo voluntas inuitaret exiret. Sed ille nec benignitate Præsidum vti voluit, nec valetudini suo magis, quàm Præsidū arbitrato consulere: ibi iucundissime degens, vbi obedientia collocaret. Itaq; in literis quibusdam Friburgo de Germanicis rebus nihil habere significandum ait: quia de tota Prouincia semotus, inquit, & in hunc extremum quasi angulum retrusus videor: sed non sine præsentī consolatione, quam sancta nobis obedientia meritò præbet.

Eodem pertinet modestia, & veneratio, quam cum Præpositis agebat. Si qua de re sententiā suā exponere iuberetur, Veniam antè, postque expositā sententiā precabatur, testificans integra se velle oīa Præpositorū iudiciis, & potiora ea se habiturū: nec deinde aliter gerebat se se, quam si nihil ea

*Observantia  
erga Præpositos.*